



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Robertvs Abb. 7. Iunij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

memoratur. Ita candidatus cùm cælum diu ambi-  
visset, anno demum CXXXIV. supra M. obtinuit  
& in victorizæ signum olivam manu præferre visu-  
est. Nonnemo eundem sub liliï imagine transpor-  
tari in cælum conspexit. An non gratulari sibi ter-  
ra tunc potuit, cùm flores habuit, quos in sua ro-  
faria transferre Superi amabant? Sed & nunc tales  
daret, si non ungue infesto invidus cælo heu! mun-  
dus præriperet. Ex Suriō.

*Bona mors justi propter requiem, melior proprie-  
tatem, optima propter securitatem. E contra  
mors peccatorum pessima: mala in mundi omissione,  
pejor in carnis separatione, pessima in vermis ignisigne  
contritione. S. Bern. in Epilt.*

S. ROBERTVS ABB. 7. Iunij.

**R**OBERTVM alterū D. Bernardi oculum im-  
tandum proponimus, eā frugalitate virum,  
ut heluari sibi videretur, si ipsis Paschalibus aye-  
naceum panem butyro adipatum gustasset. Ge-  
nium ergo suum defraudans, intactum pauperibus  
remisit. Sed debebatur cælo tam delicatum Apo-  
phoretum, tantaq[ue] virtute conditum. Angelus  
sub centonibus latitans eo donatus est, argumen-  
tis aliis pluribus, & illo maxime agnitus, quod  
discum invisi omnibus in mensam retulit, &  
paulò post, quasi vicem relatus, læto R O B E R-  
T V M nuncio beavit, nomina discipulorum ejus  
albo cæli inserta esse, duos dunataxat eā felicite  
excidisse; ex quibus alterum credibile est eum  
ipsum fuisse, quem è medio orantium cœtu de-  
monis furcâ abstractu, auferri ab eo sportâ aspexit  
spolium orco. Alias globo juvenum immixtum  
Cæcodemonem & singulorum auribus sua vene na-  
inclusus.

insusurrantem à magni sceleris apparatu abduxit, satentem postea certum sibi fuisse, nuptiales ludos iugis, & multa cædēsinire, nisi à ROBERTO esset interpellatus. Sub annum M. C. LIX. mortuum Godricus familiaris ejus ignei globi specie à tribus Angelis inferri cælo vidit, allarrantibus ponè stygiis latvis. Plusquam caninâ impudentiâ, utique talis prædæ spem neque illo terum articulo depo-suerunt. Nobis quid fieri, qui nunc his beluis col-ludimus, & neque fuscinam satis, neque sportam prædatoriam timemus? Ex Surio.

Cogitatio omnis secularis & carnalis tempore orationis abscedat, nec quidquam animus, quam id solum cogitet, quod precatur. Claudatur contra adversarium pectus, & soli Deo patens nec ad se hostem Dei tempore orationis patiatur accedere. S. Cyprian. de orat. Dom.

S. VICTORINVS. C O N F . 8. Iunij.

R ECTE olim pronunciatum est, utcumque rara sit inter homines innocentia, plures esse, qui ab eâ nunquam diverterint, quam qui seriò reverterint. His ramen tam paucis VICTORINVM accen-seas licet magnum poenitentiæ miraculum. Romæ natus cum Severino fratre Camerinum discesserat, tutissimum vitæ genus, vitato omni humano consortio, aggressus: sed quod mihi asylum dabis, quod non dæmonis improbitas perrumpat? Is vultum habitumque feminæ mentitus nocte in tempestâ VICTORINI rugurum auresque lamen-tis opplevit, dignaretur tecto ultima pericula me-tuentem, neque prædam se feris objiceret. Peccā-turus in humanitatem sibi VICTORINVS videba-tur, si ad has preces obsurduisset. Recipit ergo dæ-monem hospitio, sed sub larva tam bella latenter,

ut